

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Auctoritate Et Sub Auspiciis ... Domini Guilielmi IX.  
Hassiae Landgravii, Principis Hersfeldiae, Rel. Rectoris  
Academiae ... Januarii A. MDCCLXXXVI. Celebrabitur  
Novi Magistratus Academici ...**

**Arnoldi, Albert Jakob**


**Marburgi, [MDCCLXXXVI?]**

**VD18 12074993**

**Farbkarte**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15029**





*Jes. I, 8.*

**E**ueris aliquando incensisque per hostium (\*) saeuitiem ceteris Iudeae oppidis, et vastato circa omni agro (v. 7.), vix una restiterat metropolis a communi clade intacta. Talem igitur eam ut spectandam sisteret vates, binas hic iunxit comparationes, quas vti inter se apte congruentes, ita lectissimas esse, istique vrbis forti exprimendae natas, nemo erit facile quin persentiscat. *Reliqua, inquit, facta est Sion*

כְּסֶכֶת בְּכָרֶב *ut tugurium in vinea,*  
(\*\*) כְּמַלְוֵה בְּמִקְשָׁה *ut casa in cucumerario,*

(\*) Syrorum, puto, atque Israelitarum, qui foedere iuncti, inter Iudeos, regnante Achaso, frages insignes ediderunt, atque Hierosolymorum obfitionem, irrito licet conatu, tentarunt (2 Chron. XXVIII, 5 tqq. 2 Reg. XVI, 5. Ies. VII, 1.), aucta sub idem tempus Iudeae calamitate et per Idumaeorum Philistaeorumque incursiones, et per vexationes ipsorum adeo, quorum auxilium Achasius implorauerat, Assyriorum (2 Chron. I, c. v. 16 — 21).

(\*\*) הַשְׂקָמָה haud dubie idem est vocabulum, quod Arab. سُكُنَّةٌ cucumerarium, Hebraice סְקָמָה exarandum, vnde eliso נ fit השְׂקָמָה. Gemi-

